



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod Christus vbique totus est, sed non totum, vt totus est homo vel  
Deus, sed non totum. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

penebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

*Quod Christus vbiq; totus est, sed non totum: vt totus est homo vel Deus, sed non totum.*

Et vtiq; totus eodem tempore erat in inferno, in cœlo totus, vbiq; totus. Persona enim illa æterna nō maior erat, vbi carnē & anima simul vnitam sibi habebat, quam vbi alterum tantū: nec maior erat vbi vtrumq; simul: vel alterū tantum vnitum habebat, quam vbi erat neutrum habens vnitum. Totus ergo Christus & perfectus vbiq; erat. Vnde

*Aug. contra  
Felician. de  
Unitate Tri.  
ad Optatum  
c.14. ad prin-  
cip. tom. 6.  
In princ. cap.  
16. eiusdem  
libri.*

*Libr. de or-  
thodoxa fide  
3. c.7. in fin*

Aug. Nō dimisit patrē Christus cum venit in virginē, vbiq; totus, vbiq; perfectus. Vno ergo eodem tempore totus erat in inferno, totus in cœlo. Erat apud inferos resurrectio mortuorū, erat super cœlos vita viuentium: verè mortuus, verè viuus: in quo & morte suscepit mortalitatis exceptit, & vitalia diuinitas nō perdidit. Mortē ergo Dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate non sensit: sed tamē participatione infirmitatis rex gloriae crucifixus est. Ex his apparet, quod Christus eodem tempore totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus vbiq;: sicut & modo totus est vbiq; est, sed non totum. Nec in sepulchro, nec in inferno totus erat, & si totus, sicut Christus totus est Deus, totus homo, sed non totum: quia non solū est Deus vel homo, sed & Deus & homo. Totum enim ad naturā refertur, totus autem ad hypostasim: sicut aliud & aliquid ad naturam, alias vero & aliquis ad personam referuntur. Vnde Ioan. Damasc. Totus Christus est Deus perfectus, nō autem totum Deus est. Non enim solū Deus est, sed & homo, & totus homo perfectus. Non autem totum homo: nō solū enim homo, sed & Deus. Totum enim naturae est representativum. Totus autem hypostaseos: sicut aliud quidem est natura, alias hypostaseos, sic & huiusmodi.

Sic